ter patitur ignominiā. In cunctis ergo hūana ꝓ
ſperitas hoīem decipit: ↄ ſe falſam oñdit: qꝛ que
exterius ſe hr̄e ꝓtendit: veraciter ſuis amatori/
bus nō tribuit. Exemplum de diuite cuius ager
vberes fructus attulit cui dictū fuit. Stulte ani
mā tuam hac nocte repetent a te ↄc̄. Lu. xij. Ibi
vide. Et q̄ facit ꝓſperitas hominē quaſi fatuuȝ
oſtendit. Ambro. ſuꝑ lucam in dicta parabola di
cens. Sicut qui ꝑ inſaniam mente tranſlata ſūt
non iam res ipſas ꝓut ſunt: ſȝ paſſionis ſue fan/
taſias vident: ita etiam mēs auari vinculis cupi
ditatis aſtricta ſemꝑ auꝝ videt: ſemꝑ redditꝰ com
putat: gratius auꝝ q̄ȝ ſolem intuetur ↄc̄. Et habe/
tur di. xlvij. ſicut hi. §.XII.

## Nonū remedium ē cō/

ſideratio bꝛeuitatis tꝑis qđ in aduerſitate cōſꝑi
citur. Tempus.n. vite pn̄tis bꝛeue eſt ↄ quaſi mo
mentū compatione vite eterne. Vn̄ dicit Iac. in
cano. ſua. c. iiij. Quid.n. eſt vita noſtra niſi vapoꝛ
ad modicū parens. Et in Iſa. dicente dn̄o ꝓphe
te q̄ clamaret. Quid clamabo īquit. Clama. Om
nis caro fenū. Fenum quidē cito decidit: ↄ caro
bꝛeui tꝑe marceſcit. In bꝛeui ergo tꝑe diu ꝓtēdi
aduerſa non pn̄t. Ex bꝛeuitate ergo tꝑis bꝛeuis
erit patiētis aduerſitas. Vn̄ dicit apl's. ij. ad coꝛi.
iiij. Id quod in pn̄ti eſt momētaneū ↄ leue tribu
lationis nr̄e ſupꝛa modū in ſublimitate opatur ī
nobis eterne gloꝛie pōdus. q̄.n. dicit eterne glo
rie pōdus: rn̄det ei q̄ dixerat momentaneū ↄ le/
ue tribulationis nr̄e. Nā id quod in pn̄ti eſt mo/
mentaneū ↄ bꝛeue: ꝟtute patiē cōmutat̄ in eter/
nū. Qꝛ vero dicit leue. ſ. ad portandū ↄmutat̄ in
pōdus gl'e q̄ tāto erit ſuauioꝛ: q̄ȝto ponderoſioꝛ
i. inteſioꝛ. Felix cōmutatio ↄ penitꝰ hec mutatio
dextre excelſi de bꝛeui ↄ tranſitorio ad eternum
de leui pena ad īmēſitatē gl'e ꝑuenire. Signant̄
aūt ſubiūgit apl's leue ad momētaneū qꝛ q̄ȝtum
cūq̄ȝ tribulatio ſit bꝛeuis ī tꝑe: ſꝑ tn̄ tribulato deꝰ
aſſiſtit vt leuiꝰ tribulationē ferat. Pn̄tia ḡ diuīe
ↄſolationis etiā ipm momētū tribulationis alle
uiat. Propter h̄ bn̄ dicit apl's: q̄ deꝰ facit cū ten
tatiōe ꝓuentū. Vn̄ Iſa. xliij. Cū tranſieris ꝑ aq̄s
tecū ero: ↄ flūia n̄ operiēt te: ↄ cū ābulaueris in
igne n̄ ↄbureris. Tres pueri ſocij Daniel. ſ. anani/
as: açarias ↄ miſabel: qꝛ noluerūt adoꝛare ſtatuā:
miſſi ſunt in foꝛnacē ardentiſſimā. Sȝ valde mo
dicū ſteterūt. Et etiā ꝑ illo modico n̄ cōtriſtatus
ē eos ignis: ſȝ ꝑfuſi ſunt roꝛe celeſti Dan̄. iij. Sic
boni ↄ ſi ponūtur in magnis tribulationibus: qꝛ
nolūt ſe mūdo ↄfoꝛmare ↄ iniuſtis ꝑceptꝪ obedi
re: modicū durat tribulatio: ↄ tūc ēt mētaliter a
deo ↄſolant̄. Sic xp̄o agoniçāti in oꝛto in oꝛōne
apparuit angelus ↄfoꝛtans eū. §.XIII

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Decimum remedium

eſt ↄſideratio nobilitatis ꝓprie nature: ad quam exteriora aduerſa ñ ptingũt. Aduerſa. n. que diuitias tollũt ñ animũ: ſꝫ fortune bona diripiunt. Nõ ergo hõ torq̃ri hꝫ in aduerſis: ſꝫ potius dꝫ õ apertis inſidijs ſecurus exiſtere: qꝛ ſicut dic̃ Seneca. Munera fortune ſunt inſidie ⁊ q̃ſi viſcata bñficia: qδ enĩ ſub fluctuãtibus bonis fallacis fortune latebat: ſuccedẽs mutatio detexit. Narrat Ualerius maxim⁹ de Craſſo q ꝓpter magnitudinẽ diuitiaꝝ locupletis nomẽ accepit: inopia ſubſequẽter appellationẽ dedecoris ſortitus ẽ. Nam cũ egenus ãbularet amara ſuggillatione nõ carebat. Ab occurrẽtibus. n. deriſori diues ſalutabat̃. Item aduerſa q̃ ab honoribus deprimũt: nihil ab honorato demũt. Nõ. n. honor ẽ in honorato: ſed in honorantis opatione. Nihil ergo pdit aĩmus verus: q vanitate ñ cupit inflari: ñ enim honor hoĩ tribuit veritatẽ: ſꝫ opinionẽ q̃ tanto ẽ fragilior q̃ꝫto multitudo q̃ õ hoĩe opinat̃ ẽ mutabilior. Infinitis. n. mõis: aut pſuaſionib⁹: aut circa rẽ ñ mutatã accidẽtibus mutatis: vulgi opinio mutat̃. Exemplũ de xpo q dñica in ramis palmaꝝ fuit ita honorificatus ⁊ magnificat⁹ in pplo iudeoꝝ: ⁊ ſequẽti feria ſexta ita abhominatus ⁊ dſpectus: ⁊ mortu⁹ ẽ. Narrat ẽt Ualeri⁹ de quodã alio noĩe Craſſo q tanta in ↄſulatu claritate refulſit: vt ſenatus p̃ronus diceret̃. Deinde ppl̃i opinione mutata añ totius romani vulgi aſpectũ manibus carnificũ fuit lacerat⁹. Itẽ accidentia egritudinũ ⁊ incõmoda ſenectutis tñ corpus frangũt ad aĩm aũt nõ attingũt. Corpus enĩ inſtrumentũ eſt aĩe: maxime in aggrẽdo virtutẽ. Nõ refert autem quale ſit inſtrumentũ vel cuiuſmodi materie: dũmõ deſeruiat agenti ad effectũ ſui operis. Aĩus autẽ ordinatus eque corpe cõfracto: ſicut ſano vtitur ad virtutẽ: imo corp⁹ validũ frequẽter infirmis animis occaſio ruine ẽ. Uñ Amb. Nõ nocet corpi iuuat ſpũi. egritudo carnis pctm̃ repellit. Luxuria ⁊ pſperitas pctm̃ adolet. i. nutrit: de pe. di. iij. Non ergo aduerſa q̃cunqꝫ pñt aĩm tangere: niſi qñ in eis imergit̃. vñ Sene. in li. de ira dicit: vt ſupior ps mundi ⁊ ordinatior ⁊ ꝓpinquior ſideribus ñ impellit̃ tẽpeſtate: ⁊ caret tumultu oĩ: inferiora võ fulminant. Sic ſublimis aĩmus. ſ. p virtutẽ: ſemp eſt getus ⁊ tranquilla ſtatione locatus. Et iõ ꝓbat idem S̃ in eo. li. qꝫ ſapiens nihil põt pdere: qꝛ oĩa in ſe repoſuit: qδ ꝓbat exẽplo cuiuſdã pħi: q capta ciuitate ſua: cũ oĩa pdidiſſet etiã filios veniẽs ad aliam pꝛiam: interrogatus an aliqd pdidiſſet. R. ñdit nihil. Omĩa. n. mea mecũ ſũt. Et loq̃batur de virtutibus ⁊ ſcĩa. In hi⁹ figurã legitur Mat. xiiij. Dñm xpm ſiccis pedibus ſup vndas ambulaſſe ad innuendũ qꝫ diuin⁹ hõ ſup hi⁹ mundi varios euẽt⁹ tãq̃ꝫ ſup fluctuãtes vndas pedes ſuoꝝ affectuũ debet hr̃e eleuatos. Hoc aũt homo aſſequitur qñ p ↄtemplatõnẽ ad diuina ↄſurgit. Tũc. n. aduerſa ñ timet. Uñ Job dicebat. Pone me iuxte: ⁊ cuius vis manus pugnet ↄ me. §. XIIII.

# Undecimũ remediuz

eſt ↄſideratio penaꝝ: quas mũdani homines ſuſtinent in peccatis adimplẽdis vel tpalibus acq̃rendis. Uidemus. n. qꝫ hoĩes mũdi vt adimplere poſſint ſua deſideria: aut aliqua lucra dãnoſa facere: infinita picula ſubeunt quotidianis cruciatibus affligunt̃: mortibus: itineribus ⁊ picul̃ maris: ⁊ latronũ ſe exponũt: ⁊ freq̃ẽter ↄcupita ñ aſſequũtur: ſꝫ poſt multos labores quos in hi⁹ conatibus hñt: cruciatũ gehẽnalẽ ꝓ fructu recipiũt. Uñ dr̃ eccl̃i. xxi. Uia peccantiũ ↄplantata lapidib⁹: ⁊ in fine illius inferi ⁊ tenebre ⁊ pene. Ad Iſam. Uia peccãtiũ ẽ lapidoſa ⁊ difficilis ad trãſcendum. Et terminus ad quẽ deducitur ẽ doloribus plen⁹: ⁊ hoc ẽ qδ dicunt dãnati Sap. v. Laſſati ſumus in via iniq̃tatis ⁊ pditiõis: ambulauimus vias difficiles: viã aũt dñi ignorauim⁹. Si ergo tot aduerſa ſuſtinent ꝓ his noxijs acq̃rẽdis: ad q̃ frequẽter ſeq̃tur pena eterne dãnatõnis: magnũ remediũ dat̃ iuſtis ad ſuſtinẽdũ patiẽter aduerſa ꝓ vita bona ⁊ beata. §. XV.

# Duodecimum remedium

eſt ↄſideratio irritatõnis ⁊ triſtitie quã incurrit homo p impatiẽtiam. Ubi ſciendũ qꝫ homo habet duplex generale remediũ: ad qδ debꝫ recurrere quãdo aduerſa patitur. Unum quidẽ eſt regula ꝓprie rationis p quam poteſt ſuos motus compeſcere ⁊ infra ꝓprios limites ſe tenere. Debet. n. homo bonũ rationis prepõderare omĩbus bonis extrinſecis ⁊ vindictis quarũcũqꝫ iniuriaꝝ: quas tanq̃ꝫ magnanimus dꝫ puipendere ⁊ a memoria repellere: tunc. n. in mẽte ſua getus erit nulla modeſtia agitatus. Uñ dr̃ de Octauiano qꝫ oĩm recordabatur p̃ter q̃ꝫ iniuriaꝝ. Aliud remediũ efficacius ⁊ p̃ncipalius eſt regula eterna q̃ eſt ipſe deus. Qñ. n. homo p virtutẽ rõnis ſibi nõ ſufficit: hũanis ſiquidẽ ſubſidijs vndiqꝫ deficiẽtibus: aĩam debet ad deũ leuare: ⁊ ab ipo q ſolus eſt adiutor in tribulationibus ſubſidiuꝫ petere. Uñ malignis mouẽtibus ſ̃mones aduerſus iuſtos: ⁊ iacula penetrantia corda: ps: hoc remediũ perſuadet dicẽs. Iacta cogitatũ tuum in dño ⁊ ipe te enutriet. Qõ bene legit̃ feciſſe ioſaphat rex iuda: q audito qꝫ multitudo maxima ↄ eũ veniebat: a qua nullo humano ſubſidio poterat ſe defendere: totum ſe cõtulit ad rogãdum dominum dicens. Cum ignoremus qd agere debeamus hoc ſolum reſidui habemus vt oculos noſtros ad te erigamus. ij. paralip. xx. Hoc dupli ci refugio priuat ſe homo per impatiẽtiam. ſ. rationis et dei. Nihil autem homini periculoſius: et dãnoſius q̃ꝫ irruentib⁹ aduerſitatibus dare ſe impatiẽte ⁊ deſpatõni. Exẽplũ in achitophel: qꝛ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex eo q̄ non fuit factū ſm ꝯſiliū ſuū tāto dolore ꝯſternat᷒ ē q̄ ſeipm̄ ſuſpēdit. ij. re. xvij. §. XVI.

## Tredecimū remediuʒ

eſt ꝯſideratio neceſſitatis patiēdi: q̄ꝛ aliter ad regnū dei n̄ ꝑuenitur. Vn̄ dr̄ in actibus apl̄orum xiiij. c. Per multas tribulatōnes oportet nos intrare in regnū celoꝝ. Magna .n. bona nō acquirūtur niſi magno laboꝛe: aut magno ꝑcio ſeu valore. Ecce vt lucreris rem terrenā: maria trāſis: ſpacia terraꝝ ꝑagis: infinitis ꝑiculis: laboꝛibus: ſudoꝛibus te exponis: q̄ꝫto magis ſi deū ꝛ celum acq̄rere velis. Merito ergo aliq̄ aduerſitate exercitādi ſumus q̄ tot bona reſuamus. Vn̄ dicit Greg. ſi illic dulcia petimus: neceſſe ē vt hic p̄ri᷒ amara toleremus. Et Aug. dicit. Quid miꝝ ſi flagellat cuſtodiēs puulos dn̄s: quos gr̄a de᷒ q̄rit heredes. Bene ergo dictū eſt in eccl̄aſtico vſq̄ꝫ ī tp̄s ſuſtinebit patiens: ꝛ poſtea reditio iucunditatis: quod de eterna iucunditate intelligēdum ē: ꝛ q̄ indubitāter credas de hac vita aliter n̄ poſſe tranſiri. Attende q̄ ille q̄ erat dn̄s: ꝛ cui nulla pena debebatur: q̄ꝛ peccatū non fecit nec inuētus ē dolus in oꝛe eius: vt dr̄ Iſa. non aliter de hoc mūdo tranſiuit. Vn̄ diſcipulis eūtib᷒ in emaus arguēdo: dixit. Nōne oportuit xp̄m pati ſic: ꝛ ita intrare in gl̄am ſuā. Ad h̄ ſūt q̄ꝫplurime auctes: vt dr̄ Mat. v. Beati q̄ ꝑſecutionē patiūtur ꝑpter iuſticiā. Et iob. v. Beatus q̄ corripitur a dn̄o. Et Iaco. i. Beatus vir q̄ ſuffert tēptationeʒ ꝛc̄. Et .i. petri. iij. Si q̄d patimini pp̄ iuſticiam beati. Apl̄s hanc ꝯnīam neceſſariā oſtēdit. ij. ad thi. iij. dicēs. Om̄es qui pie volūt viuere in xp̄o ieſu: neceſſe eſt vt ꝑſecutionem patiantur. Et Liberius papa Mat. x. Qui ꝑſeuerauerit ī finē hic ſalu᷒erit. Vn̄ nanq̄ꝫ beata ꝑſeuerātia eſt niſi a v̄tute patie: q̄m ſm apl̄m. Om̄es qui pie volūt ꝛc̄. vij. q. i. ſuggeſtum. Et Aug. q. e. §. eſt ꝛ aliud genus. Eſt ꝑſecutō iuſti vel a leone in impetu: vel a dracone in inſidijs. i. vel manifeſta vt per tyrannos: vel occulta vt ꝑ mala exempla hominū. Vn̄ om̄es clamēt deus in adiutoriū meum intēde. Exemplum in Laçaro vlceroſo. In Greg. papa tam infirmo: ꝛ in alijs multis. §. XVII.

## Quartūdecimū reme

diū eſt ꝯſideratio diuine ꝓuidētie: ſe extendens ad oīa que circa homines diſponūtur. Vbi ſciēdum: q̄ diuina ꝓuidentia includit duo .ſ. cognitionē de rebus: ꝛ eoꝝ directionē ī finē. Cognitio quidē eſt vl̄is ꝛ ꝑfecta ꝑtingens vſq̄ꝫ ad minima rei: ſm̄ illud qd̄ dixit dn̄s Lu. xij. Capilli capitis veſtri oēs numerati ſunt. Cum .n. deus agat per intellectū: ad tm̄ ſe extendit eius cognitio ad q̄ntum ſe extendit eius cāſitas. Cum aūt deus ſit ꝑmū ꝛ vl̄e agens: eius cāſitas ad oīa entia ſe extēdit: non ſolū q̄ꝫtum ad ſpēs rerum: ſed etiā q̄ꝫtū ad indiuidua: ꝛ quecūq̄ꝫ indiuiduis accidūt vel accidere pn̄t. Neceſſe ē ergo oīa hec eius cognitioni ſubiacere. Vn̄ de diuina ſapiētia dictum ē Sap. viij. Attingit a fine vſq̄ꝫ ad finem foꝛtiter: ꝛ diſponit oīa ſuauiter. Quicq̄d ergo agitur circa creaturas q̄ꝫtūcunq̄ꝫ minimas a deo eſt ꝓuiſum cū nihil ſue ſapientie occultū effugiat. Nā ſicut dr̄ ad Hebꝛe. iiij. Om̄ia nuda ꝛ apta ſunt oculis eius. Vlterius directō reꝝ in finem que in noīe ꝓuidentie impoꝛtaī eſt quedā oꝛdinatio in deū: cum deus ſit finis omniū creaturarū: ꝛ maxime rōnalis que vſq̄ꝫ ad participationē ſue beatitudinis nata eſt ꝑtingere. Qꝫ aūt deus oꝛdinet hominē in ſeipm̄: ſe ei ꝓ fine exhibendo eſt ſignum ineffabilis dilectionis. Nam cum deus ſit ſumme bonus: ſummū bonū hominis ē ad ip̄m ꝑuenire poſſe. Deus ergo qui ē reꝫ omniū cognitoꝛ et eaꝝ in ſeipo oꝛdinatoꝛ: cognoſcit menſurā virtutis hūane. vnde interdū ei ſubtrahit exterioꝛa bona: ꝛ aduerſa īmittit eo q̄ ꝯſiderat hec expedire ad ꝯſecutionē eterne felicitatis. ¶ Predictis igitur diligēter inſpectis: homo in aduerſitate ꝯſtitutus dꝫ cogitare aduerſa que ſibi eueniunt eſſe cognita a deo: nec ea ꝯ̄caſualiter euenisse. Inſup conſideret deuꝫ eſſe patrem ſuū ꝛ ex hoc piūm ꝓuiſoꝛem q̄ nihil ſue creature īferret: vel euenire ꝑmitteret: niſi qd̄ ſibi ad ſalutem expedire cognoſceret. Pater enim filiū diligit: ꝛ vim flagelli quo filium verberat nouit. Ex predicta ꝯſideratione homo inter filios dei ſe ꝯſtituit aduerſa ſuſtinens. Et tunc ꝓ certo teneat ea ad ſalutem anime deo diſponente oꝛdinari: ſm̄ illud apl̄i ad Ro. viij. Diligētibus deū omnia coopantur in bonū. Exemplū Moyſes ꝑcuſſo egyptio ꝛ reꝑhenſo hebꝛeo diu exulauit in terrā madian paſcēs oues iethꝛo ſoceri ſui: tādē ꝑ diuinā ꝓuidentiā deus pharaonis ꝯſtituitur: ꝑnceps iudeoꝛū efficitur ꝛ diuinis allocutionibus vltra omnes amicos dei ꝑfruit̄. Dauid infantulus ab hominibus deſpectus: ſe aū̄ oculos diuine ꝓuidentie magnus in regē aſſumit̄. i. Reg. xvi. Et poſt multas ꝑſecutiones a ſaule ꝑpeſſas regnū tp̄ale conſeq̄tur: ꝛ poſtea eternum. §. XVIII.

## Quintumdecimum et

vltimū remediū eſt ꝯſideratio fructuum qui ex aduerſitate ꝯſequūtur. Fructus aūt poſſūt numerari. vi. quoꝝ tres ꝑtinēt ad peccatoꝛes q̄ ex aduerſitate corriguntur. Primus ē intellectus excecati illuminatio. Scd̄s volūtatis deꝑrauate ꝑmutatō. Tertius ꝯcupie refrenatio. Pꝛio ergo ex aduerſitate intellect᷒ illuminat̄. Circa qd̄ ſciēdum: q̄ oculus aīe ad videndū ea q̄ ſunt agēda ē intellect᷒. Eſt .n. ſic̄ lucerna in domo: ꝑ quā cernunt̄ oīa q̄ in ea ſūt: q̄ ſi extinguit̄: iam oīa in tenebris ſūt: ꝛ nihil videri pōt. Sic ꝛ ſi lumīe intellectus obtenebꝛeſcit q̄cquid in te erit tenebroſum erit. Iuxͣ illō qd̄ dr̄ ī euā. Si ocul᷒ tu᷒ fuerit neq̄ꝫ .ſ. ꝑ luminis ꝑuatōnē: totū coꝛp᷒ tuū tenebꝛoſū erit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Diabolus aũt volens hominẽ totaliter pdere:in
tenebꝛis peccatoꝝ incipit ab intellectu qꝛ eſt lu/
cerna:vt ipm obſcuret ne videat qđ agendũ ſit:
hoc enĩ habito facile eſt ei hominẽ ducere quo
vult: ſicut qui duxerit cecũ quocũqꝫ ſe vertat ce
cũ faciliter trahit. Exemplũ in Nabulchodono
ſoꝛ qui in pſperitate cõſtitutus in tantã mẽtis ce
citate deuenit vt ſupbe diceret. Nonne hec ẽ ba
bylon magna:quaꝫ ego edificaui in robur forti
tudinis mee ꝛc̃. Sꝫ hoc dicto fuit ita a deo puni
tus:vt amiſſo vſu rõnis: verteretur in beſtiã:qꝫ/
tum ad eſtimationẽ alioꝝ aſpicientiũ eum.vnde
cũ beſtijs in deſerto habitauit p. vij.tpa.i.annos
vel ſm alios.i.ſeptẽ mẽſes Dañ.iiij. de pe.diſt.i.
§.ex his itaqꝫ. Secũdo ex aduerſitate volun/
tas deprauata in melius cõmutatur. Aliqñ eniꝫ
cõtingit qꝫ hõ rebus tpalibus deditus tm̃ imergi
tur in eaꝝ amoꝛem qꝫ nullis pſuaſiõibus moni/
tis ſeu pdicationibus euelli põt : ſed inſepabilit̃
cũ mundo videtur ligatus ſm illud pſ. Conglu
tinatus eſt in terram venter meus. Aliq vero ad
modũ terreſtriũ aĩalium repẽtiũ que a terra ele
uari ñ pñt:terrenis ꝛ caducis inhiant ꝛ adherẽt
Tunc aũt iraſcentis dei ſignũ eſt:ſicut dictum eſt
ſupꝛa:ſi ſic laſſatis habenis libere agãt: quicqđ
eoꝝ volũtati placitũ fuerit nulla aduerſitate cõ/
cuſſi. His enĩ tanqꝫ deſperatis: diuina ſeueritas
acrius ſupliciũ ꝛ̃ſeruat. Vñ pulchꝛe dicit. Vale.
max. Lento gradu ad ſui vindictã diuina proce
dit ira. Tarditatẽqꝫ cum ſupplicij grauitate cõ/
penſat. Et in Iſaia.xxvi.c.dicitur. Miſereamur
impio ei.ſ.in hac vita nõ aduerſando. Et poſtea
ſubditur:ꝛ nõ dediſcat facere iuſticiã. Et ſecun/
do Macha.vi. Nõ ſinere peccatoꝛibus ex ſñia:
id eſt ad ſui placitũ agere:ſꝫ ſtatim vltionẽ adhi/
bere:magni bñficij indicium eſt. Non enim ꝛc̃.
Et Aug. Nihil infelicis infelicitate peccantium:
qua pena nutrit̃ impietas:ꝛ mala volũtas velut
hoſtis interioꝛ roboꝛat̃. Manaſſes rex iuda peſ
ſimus fuit ſup oẽs reges iuda:ꝛ diutius regna/
uit multa mala faciẽdo : ppter que tãdẽ captus
a rege aſſyrioꝝ:ꝛ ductus in babyloniã in carce/
rẽ:cõuerſus ad veram pñiam orãs exandit᷑ fuit
ꝛ reductus in hierſm in regnũ ſuum.ij.palip.xx
iij. Tertio ex aduerſitate cõcupia refrenat̃. Cuꝫ
enim coꝛpus p flagella atteritur coꝛ circa libidi
nis delectationes nõ vagatur. Non.n.vacat de
carnalibus cogitare. Et hoc ad bonũ interioꝛis
hominis pcedit. Vñ dicit Greg. Quis neſciat qꝫ
multo meli᷑ ẽ ardere flãmis febꝛiũ qꝫ igne vici/
oꝛũ:ꝛ tñ cum febꝛe coꝛripimur:medelã ꝗrimus
ac vicioꝝ eſtum q occupare nos poterat cõſidera
re negligimus. Videmus imaniſſimas beſtias a
maxis voluptatib᷑ coherceri doloꝛis metu. Fili/
us pdigus accepta poꝛtione ſubſtãtie dum oĩa
cõſupſiſſet in regione longinqua viuendo luxu/
rioſe:neceſſitate famis vrgẽte ad pr̃em rediit re
ctis voluptatibus ſui s. Lu.xv. In vitis patruꝫ
legitur:qꝫ cũ quidam de foꝛnicatione foꝛtiter tẽ
ptaretur:nec ieiunijs:vigilijs : ꝛ orõnibus ceſſa
ret temptatio:tandẽ abbas ſuus pcepit alijs mo
nachis qꝫ multas ei moleſtias facerẽt:et cũ hoc
eum accuſarent tanqꝫ ipe alijs feciſſet iniurias.
Qui poſt aliquot tpa interrogatus ab abbate ſi
amplius tẽptaret̃:rñdit mihi viuere ñ licet:ꝛ foꝛ
nicari libet. Alij võ tres fructus videntur pti
nere ad iuſtos qbus etiam expedit ſufferentiam
hr̃e circa penaꝝ exercitia. Et ẽ pmus fructus ar
gumentũ expientie:ſecũdus ſcutũ cuſtodie:ter/
tius premiũ gloꝛie. Pꝛimus ergo fructus eſt
argumentũ expientie quo qs experitur pprias
vires. Nemo.n.dicit Greg. qꝫtum pficit inter p
ſpera cognoſcit:ppter qđ decipiũtur aliqui glo/
riantur ſe multas virtutes hr̃e: vicijs ſe ñ ſubia
cere:nulla aduerſitate ferri. Sed tales interduꝫ
ſi ſe ex aliqbus iniurijs illatis ſe tangi cõſpexerint:
ptinus in verba cõtumelie vel ſigna impatiẽtie p
rumpũt. Et ideo dr̃ Ecc̃i.xxvij. Vaſa figuli pbat
foꝛnax ꝛ hoĩes iuſtos tẽptatio tribulatõis. Nõ
enim artẽ gubernandi mare trãquillũ aut ven/
tus obſequẽs oñdit:ſed cũ fluctus inundãs gu
bernacula eruperit:vel vẽtus validus nauẽ cõ
cuſſerit. Sathan a deo petiuit ptãtem qꝫ in Job
manũ mittere poſſet ad hoc qꝫ de ipſo expimen/
tũ ſumeret Job.i. Scõs fructus ex aduerſis
ſequẽs iniuſtis:eſt ſcutũ cuſtodie: apl̃s.ij.ad Co
rin.xij.teſtatur:qꝫ ad ſui cuſtodiã datus eſt ei ſti/
mulus carnis: Cuius rõnem ibi aſſignat dicẽs:
Ne magnitudo reuelationũ extollat me. Vñ cũ
dñm ter rogaret vt ſtimulũ a ſe auferret : ꝛ dixit
ſibi. Sufficit tibi grã mea.q.d. Eſto cõtentus ſi te
p aduerſa flagellatuꝫ mihi gratum pſeruo. Hoc
pculdubio p expientiam videmus : qꝫ freqñter
ſanctus hõ:niſi ſub diſciplina aliqua arceat̃ :fa/
ciliter ad aliqua plabitur. Natura.n.hũana pp
ſui coꝛruptionẽ pclivioꝛ ẽ ad vicia qꝫ ad virtu/
tes:ꝛ ideo ſtatum ipa ſua libertate abutit̃ : niſi ali
qua aduerſitate terreatur. Vñ dicit Gre. de Sa
lomone qꝫ iccirco coꝛ ſalomonis fũditus ſapiaꝫ
deſeruit:qm̃ eũ nulla exterius diſciplina cuſto/
diuit. Legit̃ de quodã qui orãs ꝛ recõmendans
ſe.b. Thome martyri de cantburia p ſanitate ob
tinẽda:cum recupaſſet dubitans vtrũ vtile eſſꝫ
aĩe ſue:oꝛauit vt reuerteret̃ infirmitas ſi aĩe ſue
vtile foꝛet:ꝛ reuerſa eſt. Tertius fructus ẽ pre
miũ gloꝛie. Ubi ſciendũ eſt:qꝫ iſte ẽ quidã gene/
ralis fructus qui cõſequit̃ ad oĩa pdicta. Unde
ſola hec cõſideratio ſufficiens ẽ ad mitigandum
aduerſitates. Conſideratio.n.pmij minuit vi᷑ fla
gelli vt dicit Gregoꝛius. Eſt tñ ſciendũ qꝫ mũda
na aduerſitas directe oꝛdinat̃ ad premiũ gloꝛie
ſicut ad pprium effectũ. Vñ Iſa.v.dr̃. Ecce agri/
cola expectat pcioſum fructuꝫ terre:patienter fe
rens donec accipiat tpaneũ ꝛ ſerotinũ. Ezechiel
pegrinus ꝛ exul in caldea ſtãs in medio captiuo
rũ vidit celos aptos: ꝛ habuit multas viſiones:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad innuendū ꝙ qui ꝯuerſātur in mūdo vt ꝑegri ni mūdo deſpecti ⁊ oppreſſi : diuinis ꝯſolationibus replētur Ecc. i. Et Stephanus inter pſecutiones ictus lapidū vidit celos aptos. ¶ Ad h̄ pōt induci illud Luc. viij. Hi afferūt fructum in patiā. Ubi notātur tria: preparatio fructificabilis: ibi. ſ. ſignati ꝑ bonā terra. ¶ In q̄ ꝯcurrūt q̄tuoꝛ. ſ. ꝙ terra cordis n̄ ſit ꝑ curioſitatē q̄ſi a viatoribus ꝯculcata. ¶ Secundū ꝙ ſit ſpinis cupiditatis purgata. ¶ Tertiū ꝙ ſit a lapidibus ſupbie liberata: ⁊ in hūoꝛe hūilitatis fūdata. Iſta tria cōmuniter inducūt triſtitiā ⁊ impatiam. ¶ Quarto ꝙ ſit veritate ſcripture ſeminata. ¶ Secundo notatur lucratio delectabilis: ibi: fructū afferūt Et de fructibus qui delectant habes hic ſupra. ¶ Tertio notatur exercitatio cōmendabilis: ibi: in patientia. Quid ſit patientia ⁊ de laudibꝰ eius ⁊ inducīuis: habes ſupra in. c. iſto ꝑ totum.

¶ De pſeuerantia quid ſit: ⁊ circa que ꝯſiſtat: et de eius effectibus. c. viij.

Ultimo reſtat videre de virtute pſeuerātie. Circa quā tria tm̄ conſideremus. ¶ Primo q̄d ſit ⁊ circa quid exiſtat. ¶ Secūdo de eius extremis malitijs. ſ. mollitie ⁊ pertinacia. ¶ Tertio de eius effectibus. ¶ Ad videndū aūt quid ſit pſeuerantia ⁊ circa q̄d conſiſtat: videndū ē q̄uo ad virtutē fortitudinis ptineat. Ex hoc enim apparebit non ſolū eius materia: ſed etiā aliaꝝ virtutū que fortitudini annectūtur. ¶ Eſt ergo ſciendom ꝙ fortitudo eſt virtus principalis reſpectu omniū virtutū reſpicientiū aliqua ardua: ⁊ in q̄bus ē difficile firmiter pſiſtere. Huiuſmodi quidem ratio eſt: qꝛ ad virtutē principalē ptinet generalē modū ꝯſtituere circa aliquā materiam: ⁊ in illa attendere qđ eſt difficillimū ⁊ maxime arduū. Hoc enim ad principalitatē virtutis ptinet Modus aūt generalis quē ꝯſtituit fortitudo eſt firmiter pſiſtere in his que difficultatē habent. Quāto ergo difficilius eſt in aliquo arduo ſe habere: tanto principalioꝛ eſt virtus : q̄ circa illud firmitatē p̄bet animo. Difficilius eſt aūt firmiter ſe habere in ꝑiculis mortis in quibus cōfirmat animū fortitudo: q̄ꝫ in maximis bonis ſupandis vel adipiſcēdis: in q̄bus firmat animū magnanimitas: vel in maximis ſūptibus expēdendis: in quibus firmat animū magnificētia: vel in ſufferendo eq̄nimiter aliena mala ꝯtriſtantia mētem in q̄bus firmat aīm patientia: vel in cōſtāti pmanentia actuū virtuoſoꝝ vbi ꝯfirmat animum pſeuerantia. Nā firmare aīm circa ꝑicula mortis ē diſpendiū pſone. In alijs aūt pōt eſſe diſpendiū bonoꝝ tpalium aut delectatōnis animi vel quietis. Et apparet ꝙ fortitudo ē p̄ncipalis in materia arduoꝝ ⁊ difficillimoꝝ: cui ille quattuoꝛ ānectūtur ſicut ſecūdarie p̄ncipali. Conueniūt. n. cū ea in materia: qꝛ omnes tendūt in aliq̄đ arduū. Sꝫ excedūtur ab ea in hoc ꝙ illud arduū quo tendit fortitudo: eſt oīm arduoꝝ difficillimū. Et hec duo requiruntur ad hoc ꝙ aliqua virtus iungatur alicui p̄ncipali. ſ. ꝯuenientia in materia: et exceſſus ſup eū q̄ſtum ad eius maximū. Ex p̄dictis ergo apparet ꝙ virtus pſeuerantie de qua ad pn̄s eſt ſermo: fortitudini adiūgitur tanq̄ꝫ ſecundaria principali: vtpote aīm firmās ne timore infatigationis laxet̄ ex diuturnitate boni operis. Et hec ē quedā difficultas in ſuſtinendo: minoꝛ tm̄ ea que ſunt cōtra mortis ꝑicula. Un̄ quedā diffinitio magiſtralis dat̄ de pſeuerātia talis. Perſeuerantia eſt pmanētia in bono diuturnali ⁊ finali. Tullius v̄o in. i. rheto. ſic eam deſcribit Perſeuerātia eſt circa bn̄ conſiderata ſtabilis ⁊ ꝑpetua manſio. Ad inſinuandū virtutē pſeuerātie: angelus p̄cepit Lot egredienti de terra ſodomoꝝ: ꝙ non reſpiceret poſt tergū: cuius ꝯtrariū fecit vxoꝛ eius: que iccirco verſa ē in ſtatuam ſalis. Gen̄. ix. In hoc inſinuat dn̄s: ꝙ incipienti bonū opus non eſt deſiſtendū ab eo ꝑ contrarium actum: qꝛ ſicut ipe dicit in euāgelio. Nemo mittens manum ad aratꝝ ⁊ reſpiciens retro : aptus eſt regno dei. Lu. ix. §. I.

## Extrema perſeuerantie

ſunt duo: vnū ſm̄ defectū: ⁊ dicitur mollicies aliud ſm̄ exceſſū: ⁊ dic tur ptinacia. Mollis dicitur a muliebritate ⁊ ſicut pſeuerātia in hoc conſiſtit: ꝙ non recedit a bono ꝓpter diutinam pſectionē difficiliū ⁊ arduoꝝ: ita mollis dicitur qui ō facili recedit a bono ꝓpter aliqua difficilia que ſuſtinere non pōt. Nam d̄r molle qđ facile cedit tangenti: non aūt iudicat̄ molle qđ cedit fortiter impellēti. Nam valde ſtabilia cedūt a maximis impellētibus: vt turres a machinis: nec tm̄ dicūtur molles. Silr̄ ſi quis deficiat a multū impellentibus: vt ſunt ꝑicula mortis: nō d̄r mollis : ſꝫ timidus: ſed mollis d̄r qn̄ circa quedā alia n̄ taꝫ difficilia cauſātia animi fatigationē: vel triſtitiā ꝑp diuturnitatem tp̄is recedit a bono ope. Mollis fuit pp̄ls iſrael qn̄ in deſerto fatigatus ex itinere cepit murmurare. Similiter qn̄ reuerſ̄ exploratoribꝰ terre ꝓmiſſionis: volebant reuerti ī egyptū audita relatione eoꝝ. Sꝫ nō fuit mollis Joſue caleph firmi pmanētes ¶ Pertinax autē d̄r qui in ꝓpria ſn̄ia pmanet plus q̄ꝫ oꝫ. Un̄ pertinax valde tenax d̄r q̄ vult ſe tenere firmiter ī oībus que ꝯcipit. Et naſcit̄ ſm̄ Gre. in moral. hoc viciū ex inani gl̄a. Hec eſt aūt dr̄a inter angeluꝫ ⁊ hoīem: qꝛ angelus cū apprehēdit intellectu aliquā rem ſubito intelligit eā ſine diſcurſu rōnis: cum oībus eius ꝓprietatibus: ⁊ ſic etiā volūtate īmobiliter adheret. (cui ꝑ amoꝛē adheret. Hō. n. cū ſit rōnalis non intelligit niſi ꝑ diſcurſū rōnis de noto ad ignotū ꝓcedendo: ⁊ qđ ei aliqn̄ videt̄



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

demōſtratio: appet ei ars dialetica ꝓbatio: vel ſo
phiſtica. Et qꝛ appheſiue rñdz appetitiua: iō ēt vo
lūtas ñ adhēt apphēſis imobilr: ſʒ variabilr. Per
tinʒ ḡ ad hoiem ñ ſꝑ in eodē ꝓpoſito ꝑmanere qꝛ
hoc eēt ſequi naturā angeli ñ hois: qḋ eēt ꝑſūp
tuoſū. Vñ dicit xxij. q. iiij. Diffinitio in cauta lau
dabilr ſoluēda eſt nec ē ꝑuaricatio: ſed temerita
tis emēdatio. Exēplū. Aſabel fr̄ Joab curſoꝛ ve
lociſſim⁹: qꝛ ꝑtinaciter voluit pſequi abner: nec
ſuaſiōib⁹ ei⁹ voluit deſiſtere: occiſus eſt ab eo. ij.
Regū ij. .§. ij.

# Tertio loco agēduʒ eſt

de effectib⁹ pſeuerātie: qui ſūt ꝗtuoꝛ: hʒ eni ſola
optata impetrare. Inſueta in naturā mutare.
Acquiſita ꝯfirmare: ⁊ ꝟtutes oēs in bono cōfir
mare. ¶ Primo ei optata īpetrat. Perſeuerātia ei
facit rōne eē ꝯtinuā ⁊ diuturnā: Hec āt ꝯtinui
tas ſiue diuturnitas ītelligēda ē ꝙ ſtatutꝭ tꝑib⁹
et horis ſꝑ orēt: vel alijs bonis opib⁹ īſiſtat: l' ſal
tē deſideriū bñ opandi ꝯtinuet. Cōtinua āt oro
excluſa ꝗcūqꝫ tꝑis īteruallo ñ ē poſſibilis: tū qꝛ
oꝫ alijs multis intēdere: tū ēt qꝛ pp corpis fra
gilitatē ⁊ nature corruptiōeʒ nō pt tantā mētꝭ in
tenſionē hre. Item ñ ē vtilis tāta orōnis aſſidui
tas. Nā ꝗtitas vniuſcuiuſqꝫ rei dꝫ eſſe ꝓportio
nata fini ad quē ē: ſicut tāta dꝫ eſſe ꝗtitas medi
cine: ꝗtam regrit ſanitas īducēda: finis aūt orō
nis ē excitatio hūani deſiderij in deū: debʒ ergo
eſſe tanta orōnis ꝓlixitas: quantū ē vtile ad exci
tandū feruorē deſiderij. Cū vo hanc mēſurā ex
cedit: ita ꝙ ſine tedio durare ñ poſſit: ñ vltra orō
ꝓtendēda ē. Vñ Aug. ad ꝓbam. Dicunt frēs in
egypto crebras quidē orōnes hre: ſʒ eas breuiſ
ſimas ⁊ rapti quodā mō iaculatas: ne illa vigilā
ter erecta: ꝗ oranti plurimū ē nccia: ꝑ ꝓductores
moras euaneſcat atqꝫ ebetet intētio. Ac ꝑ hoc ēt
ipſi ſatis oñdunt hanc intētōnē: ſicut ñ eē obſer
uandā ſi ꝑdurare ñ pōt: ſic ſi ꝑdurauerit nō cito
eē rūpendā. Hiero. de inſtātia orōnis ſic ait. Im
portuna in euāgelio mulier tādē meruit audiri
ſ. chananea clauſo oſtio cū ſeris licʒ media nocte
ab amico amicus panes accepit ⁊c. de pe. di. i. Ex
ēplū ēt de apl'is qui: vt dr̄ Actuū. i. erāt pſeuerā
tes in orōne ⁊ ſic acceperūt ſpm̄ ſanctū copioſe.
¶ Secūdo pſeuerantia inſueta in naturā ⁊ per
ꝯñs in delectationē cōmutat. Frequētia. n. opan
di habitū virtutis inducit ſm pħm. ij. ethi. dicen
tē ꝙ ex frequēter iuſta opari ſeu agere ſum⁹ iu
ſti: at ex frequēter tꝑata facere tꝑati. Et ſic ō alijs
Habitus aūt eſt qualitas difficile mobilis ſicut di
cit pħs. Et iō ſm Tulliū ad modū nature ē rōni
ꝯſentaneus: pp qḋ hō ad bona aſſuet⁹ ⁊ delecta
biliter ⁊ abſqꝫ difficultate opatur. Vñ dicit Gre.
in epiſtolis. Subito ꝓcedenti de vmbra ad ſolē:
de ocio ad laborē: graue cernit eſſe qḋ incipitur
ſʒ poſtqꝫ ſueſcere ceperit vſus: tollit difficultatē:
inuenit facile eſſe qḋ impoſſibile añ putauit. Si

quis ergo vult eſſe virtuoſus: neceſſe hʒ virtu
tes frequētare. Nā videm⁹ naturā ꝯtinue opan
do ex modica nuce additiōe inꝑceptibili magnā
arborē facere: ꝓuaʒ materiam ꝯtinuate nature
opantis in maximū corpus excreſcere: ⁊ aquaʒ
mollē pſeuerāti ꝑcuſſione ſuꝑ durꝫ lapidē cadē
do cauare. Hoc totū bonum efficit pſeuerātia in
actibus moralib⁹: multo efficaci⁹ ꝙ natura in na
turalibus reb⁹. Cecus a natiuitate a xpo illumi
natus cū eū prius ignoraret: ꝯtra phariſeos cō
minātes ⁊ blaſphemātes ꝯſtāter in ꝯfeſſione ve
ritatis pſeuerauit Joā. ix. Exemplū de Nicolao
ſene incōtinētiſſimo: ꝓ quo andreas pſeuerans
in orōne obtinuit vt ꝯtineret. Tertio pſeuerātia
acꝗſita ꝯſeruat. Freqnter. n. hō ꝗ virtutes mul
tas acꝗſiuit: ex corꝑe ⁊ negligētia eas ꝑdit. Naʒ
licet ꝑ virtutē habeat ꝙ ſit bon⁹: ñ tñ hʒ ꝙ ſemꝑ
in bono ꝑſiſtat. Ad hoc. n. requirit gratuitū dei
donū ꝯſeruātis hominē in bono vſqꝫ in finē vi
te. Cū. n. liberꝝ arbitriū de ſe ſemꝑ ſit ꝯuertibile:
ꝗdiu viuimus in hac vita vt dictū ē ſupra: ñ da
tur ei ꝑ habitus ꝟtutū etiā infuſaꝝ: ꝙ ſe īmobili
ter in bono ſtatuat. Vñ dicit Aug. in li. de corre
ptione ⁊ gr̄a: ꝙ ꝑmo homini datū eſt: ñ vt pſeue
raret ſʒ vt pſeuerare poſſet. Et hoc multo magis
verificat in ſtatu nature corrupte. Et ſic pꝫ ꝙ ad
ꝯſeruationē virtutū regritur pſeuerātia ꝟtutū:
ꝗ negligentiā ⁊ torporē tollit: ⁊ ꝟtutes in opatio
ne ſemꝑ vireſcere facit. Vñ dicit Augu. ꝙ pſeue
rātia magnū donū dei ē: quo cetera dei dona cō
ſeruant. Daniel pp crudele regꝭ Darij edictū: tri
nā orōnem quā añ deū faciebat. i. ter in die ñ di
miſit: ſʒ ꝯſtāter in his bonis ꝗ agere cōſueuerat:
pſeuerauit Dañ. vt hr̄ thob. viij. c. Exemplū etiaʒ
de ſara vxore thobie. ¶ Quarto pſeuerātia ꝟtu
tis in bono ꝯſumat: ſm enim aplm̄. i. ad corin. ix.
Multi quidē in ſtadio currūt ſed vnus accipit
brauiū: qḋ de pſeuerante ē intelligēdū ſm glo.
Vñ dicit Grego. in moral. In caſſū bonū agit: ſi
añ vite terminū deſerat: qꝛ ⁊ fruſtra velocit cur
rit: ꝗ priuſqꝫ ad metā venerit: deficit: ⁊ de pe. di. ij.
Multi bñ incipiūt. ⁊ c. ſequenti. Et Chriſ. dicit.
Tolle pſeuerātiā: nec obſequiū mercedē hʒ: nec
bñficiū gr̄as: nec laudē fortitudo. Deniqꝫ ñ ꝗ in
cepit: ſed ꝗ pſeuerauerit vſqꝫ ī finē hic ſalu⁹ erit.
Et igit vt dicit Bern. ſingularis filia ſūmi regis:
ꝟtutū finis ⁊ ꝯſūmatio. Et qꝛ tm̄ bonū ꝑ iſtā acq
rit: iō diabol⁹ multū ei inſidiat. Vñ dicit Bern. ī
ep'lis. Scias diabolū ſoli ſemꝑ pſeuerantie inſi
diari: quā ſolā virtutē nouit coronari. Ergo ſtu
de pſeuerantie ꝗ ſola coronat. Et ſignauit deus
Gen. ij. loquēs ad ſerpentē. Et tu quidē inſidia
beris calcaneo eius. Per calcaneū nāqꝫ intelli
gitur extrema ps vite cui diabol⁹ multū īſidiat:
ſʒ ꝯtra eius inſidias pſeuerātia ei⁹ caput cōterit.
Complementū ergo ⁊ ꝯſeruatio operꝝ nr̄oꝝ ē pſe
uerantia. In lege iubet in oī ſacrificio cauda of
ferri Leuit. iij. Et Jacob filio ſuo ioſeph tunicā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſecat vſq₃ ad talos totũ corpus tegentē. Gen.xxxvij. Et nota q̄ pſeuerātia ē virtus ſpālis put importat ppoſitũ pſiſtendi in bono: nec deficiendi pp aduerſa vllo tp̄e: ſ₃ put importat ipam actualē ꝯtinuationē in bõis opib⁹ vſq₃ in finē vite: nõ ptinet hoc ad ṽtutē ſpālem. Et de hac dicꝭ Aug. de pe. di.iiij. Si ex bono. Cur hoc vt hõ finiat hanc vitā añq₃ ex bono muteꝭ in malum cur aũt illud alijs doneꝭ alijs n̄ doneꝭ: ignoraꝭ. Id tñ donum dei eē in bono pſeuerantiā ſm ſcripturas fateāꝭ nobiſcum. Et cur alijs deꝭ: alijs n̄ deꝭ: ſine murmure aduerſus deũ dignētur ignorare nobiſcũ.

Titulus quartus de tpantia. Quid ſit tēperantia: ꝛ circa quā materiā verſatur. c.i.

P Oſt hoc agendũ eſt de tpantia. De q̄ quatuoꝛ vidēda ſũt. Et primo qd ſit: ꝛ circa quā materiā verſatur. Secundo de ptibus eius integralibus. ſ. verecundia ꝛ honeſtate. Tertio de ptibus ſubiectiuis. ſ. abſtinētia: ſobrietate ꝛ caſtitate. Quarto de ptibus potētialibus. ſ. ꝯtinētia: mãſuetudine: clemētia: modeſtia: eutropelia ſtudioſitate: ꝛ hũilitate. Ad primi euidentiam duo breuiꝭ ſũt vidēda. ſ. de rõne appropriatõis h⁹ nois tpantia ad ſpālē virtutē: ꝛ de ipa materia ſeu obiectione ṽtutis. Sciendũ eſt igiꝭ q̄ ſm cõſuetudinē hũane locutiõis: aliq̄ noia cõia reſtringunꝭ ad ſignandũ ea ſolũ q̄ ſũt pcipua inter illa q̄ ſub tali cõi ſignatõe ꝯtinenꝭ: ſicut nomē vrbis qḋ cõiter ꝛ indñter ſignificat q̄lib₃ ciuitatem. Anthonomatice accipiꝭ p ciuitate rome. Scḋm hoc ḡ nomen tpantia dupl'r põt accipi. Uno mõ ſm cõitatem ſue ſignificatiõis: ꝛ ſic tpantia nõ ē ṽtus ſpālis: ſ₃ potius gñalis. Uel põt dici ꝯditio ſequēs oēm virtutē: ſm qḋ quedā moderatio regritur in q̄libet ṽtute morali. Hoc. n. iportat nomē tpantia. Significat. n. quandā temperiē: quā rõ põit in hũanis opationibus ꝛ paſſionib⁹. Alio mõ ꝯſideraꝭ q̄ſi āthonomatice: ſm qḋ ſignificat moderationē in his q̄ hñt maxie hoiem allicere ꝛ a bono rõnis abducere cuiuſmõi ſũt delectationes ciboꝝ ꝛ venereoꝝ. Et hoc mõ tpantia ē virtus ſpālis. Ex hoc autē faciliter apparet circa quā materiā exiſtit. Dictũ eſt. n. ſupra: q̄ ad virtutem moralē ptinet ꝯſeruare bonũ rõnis ꝯ paſſiones eius ordini repugnātes. Concupiſcẽ aũt delectationũ tact⁹: circa q̄s tpantia ꝯſiſtit: maxie ſunt rõni repugnātes. Nā delectatio tāto ē vehemētioꝛ: q̄nto ꝯſeqtur opationē magis ꝯnaturalem. Maxime aũt aīalibus naturales ſũt opationes: q̄bus ꝯſeruaꝭ hũana natura: hec aũt ꝯſeruatio ꝯſideraꝭ vel ĩ indiuiduo: ꝛ hoc ſit p cibũ ꝛ potũ. Uel in ſpecie: ꝛ hoc ſit p ꝯiunctionē maris ꝛ ſcẽ. Etiõ circa delectatiões ꝛ ꝯcupias reprimēdas: ciboꝝ ꝛ potuũ ac etiā venereoꝝ pprie h₃ cõſiſtere tpantia. Uñ dicit Aug. in li. de lib. ar. Tpantia eſt affectus coercēs ꝛ cohibēs appetitũ ab his rebus q̄ turpiter appetunꝭ. Et Tullius in. i. rheto. dicit. Tpantia ē rõnis in libidinē atq₃ alios n̄ rectos aīmi imper⁹: firma ꝛ moderata dñatio. Sancta iudith tpatiſſima fuit in oĩ gñe tpantie. Nam ſicut dicꝭ Hiero. Ieiunijs erat ꝯfecta: lugubri habitu ſordidabat: ciliciũ hñs ſup lumbos ſuos: ſecretũ cubiculũ in ſupioꝛibus dom⁹ fecerat: vbi clauſa mãebat cũ puellis ſuis. Sicq₃ ſuā viduitatem in ſãcta puritate ducebat Judith. viij. ꝛ. ix. Et Aug. Princeps oĩm vicioꝝ: dũ videret adam ex limo terre ad imaginē dei factũ pudicitia oꝛnatũ: tpantia cõpõitũ: charitatis ſplēdidũ: pmos pntes illis donis ac tantis bonis ſpoliauit pariter ac pemit: de pe. di. ij. §. I.

# De partibus tēperantie integralibus.

Nota ſm b. Tho. 2ª 2ᵉ. q. cxliiij. arti. i. in coꝛ. q. q̄ alicui⁹ ṽtutis cardinalis triplices ptes eſſe pñt. ſ. integrales: ſubiectiue ꝛ potentiales. Partes integrales alic⁹ ṽtutis dicunꝭ ꝯditiões q̄s neceſſariũ ē ꝯcurrere ad virtutē: ꝛ ſm hoc due ſũt ptes integrales tpantie. ſ. verecũdia p quā aliq̄s refugit turpitudinē tpantie ꝯtrariā ꝛ honeſtas p quā aliq̄s amat pulchritudinē temperātie. Nā inter ṽtutes pcipue tpantia vēdicat ſibi quēdā decoꝛē: ꝛ vicia intpantie maxie turpitudinē hñt. Partes aũt ſubiectie h⁹ virtutis ſũt ſpēs eius. Dz aũt diuerſificare ſpēs virtutũ ſm diuerſitatem materie vel obiecti. Eſt aũt tpantia circa delectatiões tact⁹: q̄ diuidũtur in duo gña. Nā q̄dā ordinātur ad nutrimētũ: ꝛ in his q̄tũ ad cibũ ē abſtinētia: q̄tum ad potũ eſt ſobrietas. Quedā ordinātur ad vim gñatiuā: ꝛ in his q̄tu₃ ad delectationē pncipalē ipius cõiter ē caſtitas: q̄tũ ad delectatiões q̄ ſunt in tactu ꝛ oſculis et amplexibus ꝛ hi⁹ ē pudicitia. Partes potētiales virtutis dicunꝭ virtutes ſcḋarie: q̄ modũ quem pncipalis ṽtus obſeruat circa aliquā materiam ille idē obſeruaꝭ in q̄buſdā alijs materijs: in quibus n̄ eſt ita difficile. Pertinet aũt ad tpantiam moderari delectatiões tact⁹: q̄s difficili⁹ ē moderari. Uñ q̄cunq₃ virtus moderationē aliquam opaꝭ in aliq̄ materia: ꝛ refrenatõnē appetitus in aliqḋ tendētis ponaꝭ ps potētialis tpantie: ſicut ṽtus ei adiũcta. Qḋ contingit tripl'r. Uno mõ in interioꝛib⁹ motib⁹ aīmi. Alio mõ in exterioꝛibus motib⁹ ꝛ actib⁹ coꝛpis. Tertio mõ ex iterioꝛibus reb⁹. Preter motũ aũt ꝯcupiſcẽ quē moderaꝭ ꝛ refrenat tpantia tres mot⁹ inueniũꝭ in aĩa tendentes in aliqd. Prim⁹ q̄dē ē motus volũtatis ꝯmote ex ipetu paſſiõis: ꝛ hũc modũ refrenat ꝯtinentia: ex q̄ ſit vt l₃ hõ imoderat⁹ ꝯcupias patiaꝭ: nõ tñ volũtas vinciꝭ ſ₃ reſiſtit. Ali⁹ mot⁹ interioꝛ in aliqḋ tendēs ē mot⁹ ſpei ꝛ audacie q̄ ipam ꝯſeqꝭ. Et hũc motũ moderaꝭ ſeu refrenat humilitas.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf